Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quod cum optimum maximumq; sit
simul ut uita sit cum his beata. si
id uolumus adipisci. Virtuti opera
danda est. sine qua nec amicitias
nec ullam rem expetendam conse
qui possumus. ea uero neglecta. qui
se amicos habere arbitrantur. tum
se demq; erasse sentiunt. cum eos
grauis aliquis casus experiri cogit:
Quocirca dicendum est etiam sepius
cum iudicaueris desinere oportet:
non cum dilexeris iudicare. Sed
cum multis in rebus negligentia
plectimur cum maxime in amicis
diligendis & colendis. Preposteris
enim utimur consiliis. & exacta
agimus. & uetamur ueteri prouer
bio. nam implicati ultro & citro.
uel usu diurno uel etiam officiis
repente in medio cursu amicitias
exortas aliqua offensione dirumpimus. Quocirca magis etiam ui